Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

habundancie inopie pudet et ad vicia rusticitatis de-
clinant avari namque largitatis agnoscunt in-
signia / Primo mulier laude decorata virtute
auctorum que in mundo sint occasione nobis prestat bene
agendi. Hec igitur de Cavaliheri quam opulenta et ver-
tate narravimus si assidua lectione perceperis / non
eris de facili mulierum ingenio circumventus

De facili impetracione Amoris

Post hoc videmus an facilis petite rei
concessio ad amorem valeat pertinere /
sed primo videamus quid sit petite rei facilis conces-
sio / Petite rei facilis concessio tunc indicatur / quando
mulier nimia carnis voluptate confecta se ipsam
petenti facile largitur / hec idem aliis concessura
petenti nullo in ea post pactum opus amoris
radio permanente vel nullo munere mediante / talis
quidem mulieres noli te vinculis obligare quia
illius amore nullus posses sollicitudinis accelerare (?)
Nam cum propter nimia veneris habundancia huiusmodi
mulier nulli se vinculo possit obligare / sed multorum
appetit libidinem saciari / eius frustra queris amorem
nisi te in veneris ope tam potente agnoveris
ut eius valeas libidinem saciare / quod tibi esset
facilius aquis maria penitus desiccare / unde mul-
tum tediosum ab ipsius tibi amore cessandum / licet
enim usque tue voluntatis affatim eius amplexu
plenarie poциaris sua tamen solacia intollerabilis
pene occasio et multorum erat origo dolorum / Nam
cum amatam more ipsius solitaria esse animis sentie